animaduertunt oīa. Melior est pauper
ambulās in simplicitate sua: q̄z diues in
prauis itineribꝫ. Qui custodit legē filiꝰ
sapiens est. qui autē comesatores pascit:
confundit patrē suū. Qui coaceruat di-
uitias vsuris et fenore liberali: in paupe-
res congregat eas. Qui declinat aures
suas ne audiat legem: orō eiꝰ erit execra-
bilis. Qui decipit iustos in via mala in
interitu suo corruet: et simplices posside-
bunt bona eius. Sapiēs sibi videtur vir
diues: pauꝑ aūt prudens scrutabit᷑ eum
In exultatione iustorū multa gloria est:
regnantibꝫ impijs ruine hominum. Qui
abscondit scelera sua nō diriget᷑: q̇ autē
confessus fuerit ꝛ reliquerit ea mīam con-
sequet᷑. Beatꝰ hō qui semꝑ est pauidꝰ:
qui vero mentis est dure. corruet in malū
Leo rugiens et vrsus esuriens: princeps
impius suꝑ ppl'm pauperē. Dux indigēs
prudentia. multos opprimet ꝑ calumniā
qui autē odit auariciā longi fient dies
eius. Hominem q̇ calumniat᷑ anime san-
guinē: si vsq̄z ad lacum fugerit nemo su-
stinet. Qui ambulat simplicit᷑ saluꝰ erit:
qui ꝑuersis gradit᷑ vijs concidet semel.
Qui opat᷑ terrā suam satiabit᷑ panibꝫ: q̇
aūt sectat᷑ ocium replebit᷑ egestate. Vir
fidelis multum laudabit᷑. qui autē festi-
nat ditari: nō erit innocens. Qui cogno-
scit in iudicio faciem non bene facit: iste et
ꝓ buccella panis deserit veritatem. Vir
qui festinat ditari ꝛ alijs inuidet: ignorat
ꝙ egestas superueniet ei. Qui corripit ho-
minem: gratiā postea inueniet apud eū:
magis q̄z ille qui per lingue blandimen-
ta decipit. Qui subtrahit aliquid a pr̄e
suo vel a matre: et dicit: hoc non esse pec-
catū: particeps homicide est. Qui se ia-
ctat ꝛ dilatat. iurgia concitat: qui vero
sperat in domino saluabit᷑. Qui confidit
in corde suo stultus est: qui autē gradit᷑
sapient᷑ ipse laudabit᷑. Qui dat pauperi
non indigebit: qui despicit deprecantem
sustinebit penuriam. Cū surrexerint impij
abscondent᷑ homines: cum illi perierint.
multiplicabunt᷑ iusti. XXIX

Viro qui corripientem dura cer-
uice cōtemnit. repentinꝰ ei suꝑ-
ueniet interitꝰ: ꝛ eū sanitas non
sequet᷑. In multiplicatione iustoꝝ letabi-
tur vulgꝰ: cū impij sumpserint ꝑncipatū
gemet ppl's. Vir q̇ amat sapiā letificat
patrem suū: qui aūt nutrit scortū perdet
subam. Rex iustus erigit terrā: vir aua-
rus destruet eam. Homo qui blandis fi-
ctisq̄z sermonibꝫ loquit᷑ amico suo: rete ex-
pandit gressibus eiꝰ. Peccantem virum
iniquum inuoluet laqueus: ꝛ iustus lau-
dabit᷑ atq̄z gaudebit. Nouit iustus cau-
sam pauperū: impiꝰ ignorat sciā. Hoīes
pestilentes dissipant ciuitatem: sapientes
vero auertunt furorē. Vir sapiens si cū
stulto cōtenderit: siue irascat᷑ siue rideat:
non inueniet requiem. Viri sanguinum
oderunt simplicē: iusti aūt querunt aīā
eius. Totū spm̄ suum ꝓfert stultus: sapi-
ens differt ꝛ reseruat in posterū: Prin-
ceps q̇ libenter audit v̄ba mendacij: om-
nes ministros habet impios. Pauper et
creditor obuiauerūt sibi: vtriusq̄z illumi-
nator est dn̄s. Rex qui iudicat in verita-
te pauꝑes: thronꝰ eius in eternū firma-
bitur. Virga atq̄z correctio tribuit sapiē-
tiam: puer autem qui dimittit᷑ voluntati
sue confūdit matrem suā. In multiplica-
tione impioꝝ multiplicabuntur scelera ꝛ
iusti ruinas eoꝝ videbunt. Erudi filium
tuū et refrigerabit te: ꝛ dabit delitias aīe
tue. Cum ꝓphetia defecerit dissipabitur
ppl's: qui v̄o custodit legē beatꝰ ē. Ser-
uus verbis nō potest erudiri: quia qd̄ di-
cis intelligit. et rn̄dere cōtemnit. Vidisti
hominem velocē ad loquendū: stulticia
magis sperāda est q̄z illius correctio. Qui
delicate a puericia sua nutrit᷑ seruū suū:
postea sentiet eum contumacem. Vir ira-
cundus ꝓuocat rixas. ꝛ qui ad indignan-
dum facilis est: erit ad peccandum ꝓcli-
uior. Superbum sequit᷑ humilitas. ꝛ hu-
milem spū suscipiet gloria. Qui cū fure
participat odit animam suam: adiuran-
tem audit. ꝛ non indicat. Qui timet ho-
minem cito corruet: qui sperat in domino
subleuabitur. Multi requirunt faciem

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0536
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG